Quelle: https://manuscripta.at/?ID=416
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

Aliud quippe uerbum dei est, aliud homo. Non itaque
alia uerbi, alia est hominis persona, quoniam
utrumque est Christus una persona; ac per hoc quem
admodum caro cum mortua est, Christus est mortu
us, et cum caro sepulta est, Christus sepultus est. Sic enim
corde credimus ad iustitiam, sic ore confessionem
facimus ad salutem: ita cum caro a morte ue
nit ad uitam, Christus uenit ad uitam; et quia uerbum dei
Christus est uita, ita miro quodam et ineffabili modo qui
numquam dimisit uel amisit se ipsum, uenit
ad se ipsum. Venerat autem, ut dictum est, per car
nem deus ad hominem, ueritas ad mendaces.
Deus enim uerax, omnis homo mendax. Cum itaque
ab hominibus abstulit atque illuc unde ne
mo mentitur carnem suam leuauit, idem ipse
quia uerbum caro factum est, per se ipsum, id est per car
nem ad ueritatem quod est ipse remeauit. Quam
quidem ueritatem quamuis inter mendaces et
in morte seruauit. Aliquando enim Christus fuit mor
tuus, sed numquam fuit falsus. Accipite quoque
uis diuersum et longe impar exemplum,
tamen utcumque ad intelligendum deum ex
his que propius subiecta sunt deo. Ecce ego ip
se quantum attinet ad animum meum cum
hoc sim quod estis et uos, si taceo apud me
ipsum sum; si autem loquor quod intelligatis, quodam
modo ad uos procedo, nec me relinquo, sed ad
uos accedo, et non relinquo unde procedo. Cum
autem tacuero, quodammodo ad me redeo, et quodam
modo uobiscum maneo, si tenueritis quod audis
tis in sermone quem dico. Si hoc potest
ymago quam deus fecit, quid potest non a deo
facta sed ex deo nata ymago dei, deus cuius

corpus quo ad nos egressus est, et quo a nobis regressus
est, corpus non sicut nostrum elapsum est in sonum, sed manet
ubi iam non moritur, et mors ei ultra non dominabitur.
Multa de his euangelicis uerbis adhuc dici
fortasse poterant et debebant, sed non sunt corda
uestra spiritualibus cibis quamlibet suauibus oneran
da, maxime quia spiritus promptus est, caro autem
infirma. Explic. O. lxxiiii.
De eo quod dicit: Si Incip. lxxv.
cognouissetis me, et patrem meum utique
cognouissetis, usque ad id quod scriptum est: Non
creditis quia ego in patre
et pater in me est.
VERBA sancti euangelii, fratres,
ita recte intelliguntur,
si cum superioribus reperiuntur habere concordi
am. Conuenire enim debent precedentibus
sequentia, quando ueritas loquitur. Superius dixe
rat dominus: Et si abiero et preparauero uobis
locum, iterum uenio et accipiam uos ad me
ipsum, ut ubi sum ego et uos sitis. Et deinde
addiderat: Et quo ego uado scitis, et uiam
scitis. Nichilque aliud ostendit esse quod dixit,
nisi quia ipsum sciebant. Quod ergo erat ire ad se
ipsum per se ipsum, quod et discipulis prestat, ut
eant ad ipsum per ipsum, ut potuimus pristi
no sermone iam diximus. Quod itaque ait:
ut ubi ego sum et uos sitis, ubi erant futuri
nisi in ipso? Ac per hoc est et in se ipso, et ideo
ibi illi ubi et ille est, hoc est in ipso. Ipse est
ergo uita eterna, in qua futuri sumus cum acce
perit nos ad se; et ipsa uita eterna quod ipse